Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



86

tu pater apud te metipsũ · claritate quã habui priusquam
mundus eet apud te. Idest illã claritatẽ quã habui apud te
in predestinatione tua · tempus est ut apud te habeã · etiã
uiuens in dextera tua · Manifestaui nomen tuũ hominibus
quos dedisti michi de mundo · Tui erant · et michi eos dedisti ·
et sermonẽ tuũ seruauerunt. Nunc cognouerunt quia om
nia quę dedisti mihi abste sunt · quia uerba quę dedisti
michi dedi eis · Et ipsi acceperunt et cognouerunt uere q̃a
ate exiui · et crediderunt quia tu me mĩsisti · Quamquã et
hec omnia de omnibus futuris fidelibus dici potuerint spe
cie p̃fecta · cũ adhuc eẽnt futura · sed ut de his solis quos
tunc habebat discipulis hec loqui intelligatur · illud ma
gis urget q̃d paulo post ait · Cum eẽm cũ eis · ego seruabam
eos in nomine tuo · quos dedisti michi custodiui · Et nemo
ex his perit nisi filius perditionis · ut scriptura impleatur ·
Iudã significans · qui tradidit eum · Ex isto quippe duode
nario numero aplorũ · solus perit · Deinde subiungit · Nunc
autẽ ad te uenio · Unde manifestũ est · eũ de corporali sua
dixisse presentia · Cum eẽm cũ eis ego seruabã eos · uelut iã
cũ eis ea p̃sentia non eet · Non itaq; recte intelliguntur de
quibus dixerit · cũ eẽm cum eis ego seruabã eos nisi hi quos
in se credentes seruare iam ceperat p̃sentia corporali · et quos
relic turus fuerat absentia corporali · quamquã apud patrẽ
ser uaret p̃sentia spiritali · Post uero adiungit · et ceteros
suos ubi dicit · Non pro his autẽ rogo tantũ · sed et p eis qui
credituri sunt · per bũ eorũ in me · Ubi manifestius innoui
t · q̃d non de omnib us ad eum pertinentibus supius loque